

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. IIII

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)


religata. Circum autem orbiculum ab summo traiectus funis descendat, & redeat ad sculam, quae est in ima machina, ibi quod religatur. Vextibus autem coacta sculam uerabatur, et erget per se machinam sine periculo: ita circa dispositis funibus, & retinaculis in palis h&erentibus, ampliore modo machina collocabitur. Trochleae & ductarij funes, ut supra scriptum est, expediuntur.

SIMILIS SVPERIORI MACHINA, CVI CO-
loficoteratutius committi possunt, immutata dumtaxat su-
cula in tympanum. C A P. I I I .

SIN autem coloficoteramplitudinibus & ponderibus onera in ope-
ribus fuerint, non erit sculæ committendum, sed quemadmodum su-
cula chelonij retinetur, ita axis includatur habens in medio tympanum
amplum, quod nonnulli rotam appellant, Græci autem & Φίεστιν,
alij τροχόν vocant. In his autem machinis trochlea non eodem, sed
dilio modo comparantur. Habent enim & in imo & in summo duplices
ordines orbiculorum: ita funis ductarius trajectus in inferioris trochlea
foramen, ut & equalia duo capita sint funis cum erit extensus, ibi quod secun-
dum inferiorem trochleam resticula circundata & connexa, utræque par-
tes funis continentur, ut neque in dextram, neque in sinistram partem possint
prodire. Deinde capita funis referuntur in summa trochlea ab exteriore
parte, & deiciuntur circa orbiculos imos, & redeunt ad imum, coniici-
unturque insime trochlea ad orbiculos ex interiore parte, & referuntur
dextra ac sinistra ad caput summae trochlea, circa orbiculos summos.
Traecti autem ab exteriori parte referuntur dextra ac sinistra tympanum
in axe, ibi quod ut h&erent colligantur. Tum autem circa tympanum inuolu-
tus alter funis refertur ad ergatā, & is circumactus tympanum & axem
inuolendo, funes qui in axe religati sunt pariter se extendunt, & ita leni-
ter leuant onera sine periculo. Quod si maius tympanum collocatum,
aut in medio, ut in una parte extrema, habuerit sine ergata calcantes ho-
mines, expeditiores habere poterit operis effectus.

FF. 3 ALIVD.

ALIARVM MACHINARVM PRO GR^A
uiorum onerum elevationibus & remotionibus
figura.



ALIVD